in fine mentio fit. de qua vide qđ scpsi. j. i vsa. xxxiij. ſi qs ſuũ feudũ. ſup vbo alienare. z. in. q. iij. ante fi. ibi cũ dicit de baronia vo de lucano ꝛc. vaſallũ. ſ. feudatariũ vel aſcripticiũ. ¶ Sz qro ex tertũ. qd ſi vaſ. renũciat foro dñi. nũqd ꝓiudicat ſibi. certe nõ. ar. ex de arbi. c. cũ ipze. de offi. dele. c. ſignificãtib⁹. de iudi. c. ceteruz. de fo. cõpe. c. ex tranſmiſſa. z. c. ſe. z. c. ſignificaſti. ſm hoſti. in ſũma. ti. ỏ renũ. §. ij. v. qd igit ¶ Quero. ij. an vaſ. poſſit ſup re feudali cõpromittere. ꝓt dici ꝙ ſic quo ad ꝓiudiciũ ipius vaſalli nõ dñi. ar. ex de arbi. c. cuz tẽpore. ex qđ meus cã. c. cũ dilectus. de ꝓbr. vti vel inuti. c. cum dilecta. §. qz vo. z ỏ donа. c. inter dilectos. ad fi. ſm ipm hoſti. i ſumma. ti. de arbi. §. de qua re. v. ſz nũqd de quo vide per io. blanch. in ſũma ỏ feu. li. iiij. ti. ỏ cõten. feu. ¶ Quero. iij. nunqd vaſ. ꝓt ſe ſubmittere iuriſdictioni alteri⁹ ſine conſenſu illius a quo feudũ tenet. Rõ nõ ar. opti. ex q ſi. ſint le. c. ꝙ venerabilẽ. §. videbaf. v. inſup. ſic nec dicus. ex de fo. cõpe. c. ſi diligenti. z ꝓbaf i auc. de ſciſſimis epi. §. ꝓconomos. z. §. ſe. coll. ix. ſm hoſti. in ſũma. ti. de fo. compe. §. ij. v. ſed nec videtur. ¶ Quero. iiij. iuxta expoſitionẽ ꝓdicti vbi. vaſallũ. qui dicãtur aſcripticij. Dicas ꝙ illi dñr aſcripticij. qui ſolo ſiue terre vel glebe ſunt aſtricti. Et de iſtis hẽs C. de agr̃. z cen. l. ne diutius. li. xj. ¶ Quero. v. q dicãt originarij. dicas ꝙ ꝓpe dñr originarij qui nati ſunt ex aſcripticijs i ipo ſolo. z tales non pñt vendi ſine gleba vel terra. Et habes de iſtis. C. codẽ ti. l. qui⁹ admodũ. ¶ Quero. vj. qui dicantur cenſiti. Dicas ꝙ illi dicũtur cenſiti qui cẽſib⁹ ſunt aſtricti. C. in ꝗbus cau. colo. l. ij. li. xj. Et inter cenſitũ z aſcripticiũ eſt dñia. Nã cenſitus ꝓprie dicit qui annuatiz ad certam rem pſtandam eſt obligatus. Pro ſ facit qđ ſcpſi. j. in vſa. cvj. de baiulijs. v. baiulias ſup codẽ vbo. in. q. r. Sed aſcripticiꝰ eſt obligatus ad incertã rem. puta tertiã ꝑtem vel mediã fructuu3 ꝓut dñs elegerit. ꝓ hoc facit qđ ſcpſi i glo. ỏ. pri. all'ata. in. q. xj. ¶ Quero. vij. qui dicãtur coloni. Dic vt ſcpſi. ỏ. in vſa. x. ciues. in glo. ij. i. q. iij. z iiij. ꝓ hoc facit qđ ſcpſi in ꝓdicto. v. baiulias. ſup codẽ vbo. in. q. vij. ¶ Quero. viij. pone dico ſic. vendo tibi talez fundum. detracti aſcripticijs meis. nunqd tal' detractio valet. Rõ non. ff. de act. z obli. l. obligationũ fere. §. placet. in fall'. l. que admodũ. ¶ Quero. ix. qua actiõe emptor poterit petere aſcripticios ſic detractos. Dicas ꝙ condictione poſita in. l. ij. C. de agr̃. z cen. li. xj. z in. l. ꝓdicta. que admodũ ¶ Quero. x. ꝗbus modis fiant aſcripticij Dicas ꝙ duobus modis. Primo per ꝓſcriptionẽ. xxx. annoꝝ vt qñ in ſolo fuerũt. ſic intelligitur. c. multoꝝ. v. hi vo. ex ỏ iudi. ibi. tamẽ qz colendis terris coꝝ diuti⁹ adheſerunt ꝛc. C. ỏ agr̃. z cen. l. cum ſatis. li. xj. ꝓ hoc. ſ. i cõmẽ. ꝑ. alberti. c. xxxiij. hoꝝ magnũ. Secõ fiunt aſcripticij duplici cõfeſſione ſiue ſcriptura. vnde fit vna ſcriptura in qua ꝓmittunt nunqꝗ recedere a ſolo. Fit ſcda ſcriptura in qua confitẽtur ſe eſſe aſcripticios. ſi. C. ad vell. l. ſi mulier. C. de plus peti. l. vna. Et hi tales in ca thalonia vocãtur hoices de redẽptiõe. vbi ſez redimi cõſueuerũt. ꝓ hoc facit ꝑoptie infra in cõmẽ. ꝑ. alber. c. xxxx. habito de homagio. Et in curia barchiñ. dñi regis ꝑ. ij. c. xxiij. item ꝙ in terris. qđ caⁿ ẽ ſub rub̃ de aſcripticijs agricolis z cenſit⁹ z bonis coꝝ. quodꝗ caⁿ ſiue conſtõ eſt cõmemorata. z ei addit ũ. j. in curia barch̃. dñi reg⁹ Alfonſi. iiij. nũc feliciter regnanẽ⁹. c. ij. item cõmemorãts. Et ad materiã haruz conſtõnũ facit eriã. j. vſa. cviij. de rebus z facultatib⁹. z vſa⁹. cxxxviij. de inteſtat⁹. z in curia monriſſoni dñi regis Alfõſi. ij. c. xxxiij. item q null hõ o pages. z ſima curia barc̃. dñi reg⁹ Ja. ij. c. xxj. item q null hom q tingue mas. Recnõ z in. ij. curia barc̃. ipius dñi regis Ja. ij. c. xx. item ꝙ ꝗlibz ri

ctus homo. in fi. ⁊ ad hoc vid nec minus qđ no. j. ī vſa. lxxj. bonū vſa[m]. ⁊ qđ ibi ſcripſi. ¶ Quero. xj. an aſcripticius poſſit iuito dño ꝓhere mr̄imoniū. R^o ſic. ī auc. đ ſciſ. epi. §. aſcripticios. coll'. ix. C. de agr̄. ⁊ cē. l. vlti. li. xj. ¶ Quero. xij. an aſcripticius poſſit ferre teſtimoniū. vid: ꝙ nō. qz vid: cē ſuꝰ q̄ nō ꝓt ferre teſtioniū. C. in q̄b^o cau. colo. l. ij. li. xj. Dic ꝙ pñt. qz liberi ſunt in vita te. C. de epi. ⁊ cle. l. iubem^o. ⁊ in. §. aſcripticios. ē. allato. ¶ Quero. xiij. q̄ ſit dr̄ia iter ſeruos ⁊ aſcripticios. vid: ꝙ nulla ꝝ dicit ſer inter ſeruos ⁊ aſcripticios pene nulla ē dr̄ia. vt. C. de agr̄. ⁊ cen. l. ne diutiꝰ. li. xj. Dic ꝙ multiplex dr̄ia eſt. ⁊ ideo dicit ſer pene. Prima qz ſuꝰ ꝓt vendi ſine peculio ⁊ cum peculio. ſed aſcripticiꝰ nūq̄ ꝓt vēdi ſine ſolo. vt in dicta. l. ne diutius. ⁊. C. c. ti. l. ij. Secūa qz aſcripticiꝰ etiā ꝑ voluntatez dñi ordinari ꝓt. ſeruus aūt nō. vt in auc. de ſciſſi. epi. §. aſcripticios. coll'. ix. ꝓ ꝫ facit qđ notaf in. c. ij. eī de ſer. nō ordi. Tu dicas ꝙ aſcripticij ſiue hoīes de redēptione tōſurari aut ordinari nō pñt. niſi cautio ne idonea p̄cedente de cōueniēdo ſe cum dñis iſpoꝝ. vt habeā inꝑſtōe. cliij. p̄uiciali Terrachoñ. q̄ incipit. C. ī iuri ſit cōſonuz cē. Tercia dr̄ia eſt. qz aſcripticius ſciente ⁊ tacente dño ꝓhit mr̄imoniū. nec a ꝑdcōe ſua liberaf ꝓpter hoc. ſeruus aūtē ſi ꝓhat ſciente dño: liber efficitur. C. de agr̄. ⁊ cē. l. vlti. ⁊ in auc. de nup. §. ſi vo. coll'. iiij. ⁊ ꝫ fin ll'. ſed ſcōm canones vterq; ꝓhit. eī de cōiu. ſer. c. i. ¶ Quero. xiiij. pone ꝙ aſcripticius ſiue homo de redēptione fugit. ⁊ ſic i fuga ſtat per. xx. annos vl'. xl. nunq̄d ꝓt ꝑ ſcribere ꝙ nō teneatur reuerti ad ſolū ſiue māſum. R^o nō. qz aſcripticius fugiēdo facit furtū ſuiꝑpius: res furata ꝑſcribi nō ꝓt. C. de agr̄. ⁊ cē. l. cū ſatꝫ. li. xj. C. đ ſer. fu. l. i. Et hoc vīn itellige ſcōz ius cōe. ſecus eſt ſcōm ius municipale vel cōſuetudinariū cathalonie. ꝑ ꝫ. i. in cōmē. P. alb̄ti. c xxxvj. habito de homagio. ⁊ in curia barc̄ dñi regis Alfonſi. iiij. nūc feliciter regnā tis. c. ij. ītē cōmemorants cē. ibi vid quid agendū ſit. ſiue ſint de redēptiōe ſiue nō. ⁊ tenc mēti bñ qđ in codē. c. ij. ītē cōmēo rāts cōtinef. ¶ Quero. xv. pone filiꝰ aufugit a patre ⁊ ſtat p. xx. annos. nūq̄d ꝓt ꝑ ſcribere patriā ptātē. R^o nō qz nec etiā ꝑ pactū ꝓt remitti patria ptās. C. de pac. l. filius. ꝓt tñ remitti per emācipatōz duobus modis. Primo ſcōm ius cōe. vt. C. de emācipa. p totū. Ad hoc faē inſti. q̄b^o mo: pa. ptās ſol. §. nūa aūt conſtō. tā ī tertu ꝙ in glo. Notaf etiā ibi in glo fi. ꝙ in q̄tuor caſibus pr̄ filiū emācipare cogitur. quos vide per te. Secōo mō fit emācipatio ipſo facto fm ius cathalonicū. quo cauef ꝙ ſi filius filiaue đ cōſenſu pr̄is mr̄imoniū cōtrahētis ꝑ emācipatis habenf. vt. j. in curia ꝓpiniāi dñi regis. P. iij. c. xvj. ſtatuim^o etiā ⁊ ſancim^o. De materia vo aſcripticiorū originariorū. cenſitorū. ⁊ colonorū vide latius in libello ciuili. Rotfre. ti. de offi. iudi. qđ ſubueniē colono ⁊ vaſallo cē. ⁊ ti. đ cenſitis. ⁊ ti. de cōdicionali b^o colonis. et ti. de originariis. ⁊ ti. de colonis ⁊ inquilinis ſimplicib^o. ⁊ ibi te r̄mitto. Adde qđ ſcripſi. j. in codē vſa. ſup vbo. ad hoīez ſuū poſt pn. ibi cum dic̄. de huiꝰ vo vaſallatico ⁊ cē. Seniorē. i. dñm cui cōpetit vaſallo iudicē aſſignar̄. ¶ Sed q̄d ſi dñs aſſignat iudicē vaſallo ſuſpectū. nunq̄d vaſallꝰ poterit ipz recuſare. R^o ſic. ita dicit b^o ja. cal' in. q. vij. ¶ Pone ꝙ dñs recuſat b^o caſu eligere arbitriū ꝑ ꝑte ſua. vel facit iudicē p̄cedere in cā. non obſtāte recuſatiōe. nunq̄d videbiē vaſallus iniuſte affligi. ⁊ locꝰ eſſe recurſui vſatici. xliiij. ſil'r ⁊ ſi ſenioz. j. e R^o ſic. ita dicit ipe ja. calis in eadem. q. ¶ Quero q̄s eliget notariū in cā iter dñz ⁊ vaſallū ducēda. dicas ꝙ iudex ꝑ dñz aſſignatus eliget notariū in cā ſibi cōmiſſa. ⁊ in hoc reſidet b^o ja. calis in. q. vij. Iudiciū. i. iudicatū. Et ſic refert ſe ad vbū iudicatū in pn. huiꝰ vſa. poſitū. qđ nota. Iu-

dñi regis Ja.ij.c.xix.jtez q̃ si alcun sera re
ptat ꝛc. Secus si ab alio diuitie fuerit au
gmẽtate.nam tunc donatari⁹ par expost
renũciare potest.cum tunc non ꝓhibeat̃
ꝓ hoc facit in dicto libello de bataya ca-
thalonie.§.E lauors la cort deu assignar.
ꝛc. ¶ Nota.xvj.ꝙ pro pari vel cõsimili. ni
si miles vel filius militis ꝓ genere suo a
milite reptante dari non potest militi re
ptato.vt in eadem p̃ma curia barch̃.c.xx.
Item q̃ si algun reptara ꝛc.ꝓ hoc vide in
libello p̃dicto d̃ bataya cathalõie.§. mas
en cõtrasemble ꝛc. Et in p̃all̃.§. E lauors
la cort deu assignar.circa fi. Et etiã hic ꝑ
ja.calis in.q.viij.ix.ꝛ.x.ꝛ per ja.de vallesi
ca in.q.x.homo tñ pedes pro se vel ꝓ pari
cum milite:nisi ex sua ꝓcesserit volũtate
duellum facere non potest. hoc innuit̃ ex
all̃.c.xx.jtem q̃ si algun reptara ꝛc. ¶ No-
ta.xvij.ꝙ duellum interdum est experi-
mentum innocentie.ꝛ tunc vtitur demũ
in defectu aliarum ꝓbationuz. vt scripsi
s̃.in nota sexta. Sed quicquid sit tale du
ellum est legibus valde odiosuz.vt.l. vna
C.de gladia.li.xj. Dicit aũt longobarda
Sub iusto clipeo multos vidimus peri-
re.sed ꝓpter consuetudinez gentis nr̃e ꝓ
hibere non possumus. In isto itaq̃ duel-
lo non licet alium prouocate.sed bene li-
cet a ꝓuocante se defendere Si autẽ non
est necessitas:duellnm offerre nec suscipe
licet.facit qd̃ notat̃ insti.de here. ab inte.
§.per contrarium. Interdũ duelluz est ex
perimentum militie seu armigere v̄tut̃
vt.ff.ad.l.acquil̃.l.qua actione.§. si quis
in colluctatione. Et istud est tollerabile.
dum tamen non fiat ex odio. Interdum
fit duellum causa publice salutis.ꝛ istud
est valde laudabile ꝛ gloriosum. vt.ff. de
postula.l.i.§.bestias.ꝛ instit̃. de excu.tu.
§.sed si in bello. ibi dum dicit. Hij enim
qui pro re publica ceciderunt imperpe-
tuum.per famam viuere intelliguntur.
Ac idem Cicero in principio de questio-
nibus tusculanis dicens. Eos inter de-
os sursum ad signatum latus. quo fruan
tur perpetua felicitate producendos fore
secundum baldum in.l.vna.C. de edicti
cia liber. tol. Idem fore dicendum est si
fuerit ibi vulneratus.ꝛ alibi postea mor-
tuus fuerit ratione vulneris.ar⁹.ff. de in
cen.ru.nau.l.ij.§.ij.vbi d̃ hoc per dy. Pro
predictis facit quod notatur per balduz
in.l.feud̃.titulo de pace teuen.ꝛ eius viola.c.i.in suo apparatu.§. deind̃ tu.habes
hic de duello.ꝛ.§.dicit etiam glosa.ꝛ.§.ꝛ
nota ꝙ duellum de iure romano. Quod-
q̃ notatur hic per jacobũ de vallesica in
q.i.ꝛ me in glosa vltima. ¶ Nota.xviij.ca
sus in quibus de iure communi duelluz
fit sine pugna. Et sunt vigintitres casus
prout notat baldus in allegato titulo de
pace tenenda ꝛ eius viola.c.i.§. Nota ple
ne casus. ibi vide. ¶ Nota decimonono
ꝙ arma duelli sunt scuta ꝛ fustes. vt in lõ
bar.de testi.l. si quis cum altero. ꝛ titulo
qualiter quis se defendere debet.l. men-
tio.ꝛ.l.quibuscunq̃.nisi pro infidelitate
duellum fiat siue pugna.vt ibi.ꝛ tunc fi-
et armis militaribus.vt notatur in feud̃.
de alie.feu.pat̃ni.al's de vasallo qui ꝯtra
ꝯstitutiõem lotharij feudum alie.c. non
est cõsuetudo. Sic ꝛ hodie regulariter ge
nerosi ꝛ milites vtũtur in duello armis
militaribus secundũ pe^m ja. q̃ ita notat
ĩ suo libello ti.de duello seu pugna.h̃ v̄m
intellige de iure cõmuni. Secus est ꝛ ali
ter ordinatum de iure cathalonico ꝛ ex-
pressum cum quibus armis iuxta hunc
vsaticum batallia siue duellum est fien-
dum vt habetur in predicto libello de ba
taya cathalonie.§.lo dia quell camp en-
traran.et pro hoc facit glosa. ꝛ quod no-
tatur in allegato.c.non est consuetudo.ꝛ
in.l. qui comeatus.§.penl̃.ff. de re mili.
cum ibi notatis per glo.ꝛ doctores. Idez
hic ja.cal̃ in.q.xvij. ¶ Nota.xx.ꝙ die mar
tis penthecostes que fuit pridie id⁹ junij.

Anno domini.M.cccj.iuxta hunc vſati
cum in ciuitate barchinone batallia ſiue
prelium factuꝫ fuit inter ſeptem milites
ſcilicet inter quatuor de caſtro ciri voca⁊
tos p nobili dña Gª dō mōtecathēo exna
te ⁊ Rm de cardona. ⁊ Geraldū de pul
chro viſu cōſanguineū germanū ſuum. ⁊
bñm ſeneſterra p manu tenētia exaltera.
Et dicti q̄tuor fratres prma die quo cāpū
intrauerūt dictū geraldū de pulchroviſu
de equo ſuo pprio in terra diruerūt Et ſe
q̄nti die dicti tres ſeu procuratores eoꝝ in
curia barchiñ coꝝā pbis hoibus diſcepta
uerunt dictos q̄tuor fratres. Et inde pfa
ti q̄tuor ffres obtinuerūt victoriā. ⁊ facta
fuit cōpoſitio inter ptes. Judicata. ſpete
b qđ ſcp̄ſi.ē.glo.pri.in nota.v.⁊.vj. Añq̄
idez priuſq̄. ¶ Et nota q̄ hec dictio añq̄
ordinē denotat vt hic. ſic. C. de decurio. l.
vlti. ibi. ſꝫ pgeniti filij ⁊c. li.x.ff. de acq̄. he
re. l. ſi q̄s heres. xxvj. q. v. c. nec mirū. ex de
offi. dele. c. cōſultationib⁹. ⁊. ff. de do. iter
vi. ⁊ vx. l. ſi añq̄. cuꝫ ſuis ſy. Adde qđ ſcp̄ſi
ē. in vſa. i. añq̄ vſatici. in glo. i. in nota. vj
Sic iurata .ſ. p pugnare volētes iuramēo
aſſerta ab eis foꝛe va. ¶ Et q̄ ſit forma h⁹
iuramenti tā. ſ. ex pte reptant⁊ q̄ ex pte re
ptati. vide in libello de bataya cathalōie.
§. El dia quell cāp entraren los batell'rs
deuen iurar ⁊c. dic vt ibi. Si per milites.
¶ Quero p⁹ q̄s dicaf miles. dic vt ſcripſi
ē. in vſa. vij. miles vo. in glo. ij. Et qđ ō mi
litibus ⁊ pallegijs eoꝝ ſcripſi vid. ē. i vſa.
xxiij. placitū mandef. ſupꝫ vbo militibus
¶ Quero. ij. pone duo milites inuaſerūt
rōne rixe. ac etiā ex cauſ alijs exq̄ſit⁊ ſe mu
tuo pditores appellauerūt. vnde anelan
tes ad batalliā ſiue bellū ad curiā barch̄.
pcorditer acceſſerūt. ſupplicātes eidē vt di
gnaretur ſua lege ſiue hoc vſa. eis duellā⁊
di cōcedere ptātē cū oībus pactis de q̄b⁹
exiſterent in cōcoꝛdia. Et tandē dictā licē
tiā iuxta petita largiter habuerūt. ⁊ i die
lebli dicti milites campū intrātes pacti
ſunt. vt q̄ victus eſſet: victoꝛis eſſet captī⁊
nus. ⁊ pditoꝛ rmaneret. victoꝛ etiā lucra⁊
retur equū ⁊ arma Demū cū i bello pcede
ret alter eoꝝ alterꝝ foꝛti impetu ſup pect⁹
eius recubuit. q̄ pſtratus vociferās ſe de⁊
victū in ipa vociferatiōe abſq̄ tpis iter⁊
uallo recūbentē ſuppectus eius occidit.
Sup huius vo ſchemate. vt cōe ſit ipꝫ dic̄
An⁹ de puſio in ſua. q. diſputata incipiē⁊
ti. Duo nobiles gallici ⁊c. q̄ ex ipſo the⁊
mate tria delectabilia dubia oriūtur Pri
mo an occiſoꝛ in foꝛo conſciētie teneatur
Scđo an in foꝛo armate militie ⁊ quiſq̄s
eoꝝ ſit victoꝛ. Tertio an in foꝛo ptentioſo
occiſoꝛ poſſit puniri p aliquē iudicē cōpe⁊
tentē. Circa etem hec ipe An⁹ de puſio ar
guit in quolibꝫ dubio p ⁊ ꝯ. ⁊ expoſt ſol⁊
uit. Ad finez tñ vt tantoꝝ ſcriptoꝝ lectio
non fatiget. volens idē angelus ſolū inte
dere q̄d ex ipſis pcludatur dubijs: cōcluſio
nes poſuit q̄tuoꝛ infraſcp̄tas. Prima ē q̄
in foꝛo pſcientie q̄ occidit: peccauit. etiaꝫ
ſi ad ſuā defenſionē feciſſet. ⁊ hoc p caſum
c. henricus. ex ō cle. pug. in duel. ⁊ p iura
alia ab ipo an⁹ p hac pte ibi all'ata. Scđa
pcl'o ē. q̄ in foꝛo canonico cōtētioſo talis
homicida eſt puniēdus per dictū. c. henri
cus. ⁊. c. i. e. ti. ſ. de cle. pug. in du. ⁊ ex ō toꝛ
nea. c. i. Tertia pcl'o eſt. q̄ ſolo rigoꝛe iuriꝫ
ciuilis iſpecto. tale homicidiū in foꝛo cō⁊
tentioſo ciuili nō eſt puniendū. vt h⁹ pbat
ipe An⁹ p exempla ibi poſita ſuo loco. p⁊
batur etiā h⁹ p hunc vſam. Quarta pcl'o eſt
q̄ in foꝛo armate militie. q̄ occidit victoꝛ
remanſit. ⁊ ille dꝫ lucrari equuꝫ ⁊ arma.
niſi conſuetudo loci vbi pugna fuerit cō⁊
tracta aliter ſe haberet. Pro quo ſunt ibi
iura ⁊ rōnes all'atꝫ arguendo ⁊ eſſe deci⁊
dendo. q̄ oia pdicta vid ibi latius. qm̄ bñ
faciunt ad hūc vſaticū. Necnō talia ſcire
vtile eſt p materia huius vſa. hoc verū in
tellige quo ad coꝛpus ⁊ mundum. ſed non
q⁹ ad aiaꝫ ⁊ deū. ⁊ ſic male p oia ¶ Quero
iij. ſi die aſſignata duelli: vn⁹ aliū ſupare

non potuit. an tãdiu sit bellanduz donec vnus victor. alter victus appareat. Dicas ꝙ is qui se ꝓbaturũ iactauit. nisi die assignata ꝓbet nõ est vlterius audiẽdus. ar. insti. de ver. ob. §. omnis. ⁊. ff. ꝙ vi aut clã. l. si vitem. §. fi. ſm bal. in feu. ti. ꝺ pa. te. et eius vio. c. i. hoc est v̄m de iure cõi. secus ẽ de iure patrie siue cathalonico quo cauetur ꝙ tp̄us duelli durare dz solũ ꝑ tres dies. vt in libello de bataya cathalonie circa fi. §. lo reptat deu tenir ꝑ tres dies cãp. ⁊c. jdẽ h̄ ja. cal'. in. q. xiiij. ¶ Quero. iiij. an postq̄ batalliãtes. siue duellãtes. aut bellantes sunt in cãpo positi de cõi cõsensu possint penitere. R̄o nõ. nisi al's ꝯcedat̄ a supiore. Unde exquo cõuenerãt in loco: eos pugnare nc̄ce est. qꝛ publice vtilitatꝫ est pctã nocẽtiũ apparere. vt. ff. de iniur̄. l. eum qui nocentẽ. in p̄n. ſz bal. vbi. ꝺ. quẽ sup huiꝰ materia vide ibi latius. ¶ Quero. v. q̄d si reptatus añ sacr̄m ĩ hoc vsa. cõtentũ confiteat̄ dãpnũ. ⁊ velit illud emẽdare. an pignora cõmittãtur. Dicas ꝙ siue añ sacr̄m. siue post cõfiteat̄ dãpnũ: audiri debz. ⁊ fore locũ penitẽtie ad instar liberti q̄ potest penitere. vt. ff. de in ius vo. l. i. ⁊. C. ꝺ his q̄ vt indig. l. alia. ⁊. ff. de ĩter ro. act. l. de etate. §. vlti. Preſtim attenta materia odiosa belli. cui fauendũ nõ existit. l. cũ q̄dam. ff. de li. ⁊ postu. ⁊ ĩ h̄ residz hic ja. de vallesica. ¶ Quero. vj. an pignora posita in posse curie occasiõe reptamẽti tã per reptatorez q̄ per reptatũ possint per curiã tradi manuleute idonee. R̄o sic vt in libello de bataya cathalonie pꝰ pri. §. On cõ algun vol reptar. altra ⁊c. ¶ Quero. vij. q̄ sit forma traditionis ip̄iꝰ manuleute. dicas ꝙ hec. ꝓut ecce. ¶ Artaldus ⁊ Gaspar ⁊ vterq̄z eoꝝ ꝓmiserũt in soliduz talia pignora sigillatim designata tornare in posse vestri dñi vicarij barchiñ. qñcũq̄z ⁊ quotiẽscũq̄z ab eo fuerint requisiti vl' alter eoꝝ cũ complemẽto pignoꝝ valẽtiũ cccc. morab̄. auri valenc̄. Et obligauerũt oĩa bona ⁊c. ⁊ r̄nũciauer̄t ⁊c. ⁊ spãl'r foro ⁊ p̄uil'io eoꝝ. ⁊ subiecer̄t se foro ⁊ iur̄dcõni vicarie barch̄. ⁊ vt tutiꝰ sit dederũt in fide iussores petrũ ⁊ jacobũ ⁊ vtrũq̄z eoꝝ ⁊c. ¶ Quero. viij. q̄d iuris si die assignata reptato compeat reptatus ⁊ nõ reptator. et reptatus dicat se nõ teneri firmar̄ donec reptator resartierit oẽs expensas quas fecit in veniẽdo ⁊ comparẽdo. nunq̄d reptatus debz audiri in hoc. exquo postea compareat reptator ⁊ ꝑsistat in reptamento. R̄o nõ. vt satis colligit̄ in libro de batallia cathalonie post p̄n. §. E si aq̄ll q̄ repta no aten ⁊c. Rõ qꝛ ea ꝓ quibus fuit reptatus citatus explicari poterant ĩ absentia reptantis. vt ibi. Et ita fuit iudicatũ ꝑ curiã jlerde inter ponciũ de hulugia reptãtem. ⁊ galcerandũ ꝺ hulugia reptatũ. qꝺ nota. ¶ Quero. ix. q̄d si reptamẽtũ ĩ aliqꝰ de tribus casibꝰ. ꝺ. e. vsa. in glo. ij. in nota v. contẽtis offerat̄. ⁊ curia assignat reptatori ⁊ reptato ad cõparendũ ⁊ ꝓcedẽdum certã diẽ. in illa die p̄fixa nõ comparet reptator. nũq̄d reptatꝰ cõꝑens tenet̄ sup reptamẽto iã oblato firmamẽtũ facere ⁊ pignora ponere. vidꝛ ꝙ reptatus teneat̄ firmare ⁊ pignora tornare. vt ĩ all'. §. e si aq̄ll q̄ repta no aten ⁊c. Sz dic ꝙ nõ cõpellit̄ firmare ⁊ pignora poner̄. sed si vult bene potest. Et ita intelligit̄ p̄dictus. §. qm̄ allegabit forte reptatus ꝑemptoriũ fore circumductũ. ⁊ ex hoc instantiã perijsse iux̄ l. ⁊ post edictũ. ff. de iudi. Uel q̄a dicit et ostendit libellum reptamẽti esse ineptuz ⁊ ideo eidem non esse respondendum. et per cõsequens non fuisse admittendũ. ar. l. i. in prin. ff. si mes. fal. mo. di. Uel quia dicit reptatorem fore contumacem. ⁊ sic non audiendum. donec reptator satisfecerit in expensis. ⁊ sufficiẽter cauerit ꝙ ꝺ cetero in assignandis ei terminis fideliter comparebit. vt. c. i. de dolo ⁊ contu. li. vj. Uel ꝙ alias proponat legittimas rationes ꝙ duellum fiendum non sit. vel eidẽ

locus nō ex̄istat. q̄ nō ē vilīe sub v̄bis. §. ꝓall'. reptato exceptiones siue defensiōes ltimas nō ee denegātes eas denegari. ar. l. qñ. in ꝑn. C. de inoffi. te. Exquo eñ hec per dictū. §. nō tollit̄ur ergo stare eisdem non ꝓhibef. ar. l. sancim⁹. C. de testa. Pre terea isti casus ibi comꝓhēsi nō sunt. q̄re iuris dispositioni reliquif. ꝓtim q̄ sunt fauorabiles. Dictus aūt. §. odiosus. & sic restrigend⁹. ar⁹. l. comodissime. ff. de li. et postu. & ff. so. ma. l. si cū dote. in ꝑn. Ď etiā ꝑportare vid̄ v̄bū ꝓrena. ibi politū. q. d. ꝙ vicari⁹ dz firmā hmōi si oblata fuerit reci pere. al's nō. ar⁹. l. cuz ꝓtor. ff. de iudi. & l. marit⁹. C. de ꝓcura. ꝓ quo fac. l. q̄cq̄d. ff. ꝺ ver. ob. Plus etiā. §. ꝓall'. nō vid̄ tollef de fensiōes hmōi ltimas q̄ ſt̄ de iuſ natura li. nā etiā ꝓnceps illas tollef nō ꝑt. vt i de. pastoral. §. penl. de re iudi. i clc. Ꝓterea v̄bū ꝓrena ꝓdictū licz sit aptū de sui nasa comꝓhēdere firmamētū iuſ oblatū & co actū. tñ ciuiliter itelligēdo oblatū. & non coactū. vbi firmamētū reptatus facef nō tenef iuſt̄ suis rōnib⁹ ꝓtinere intellr ar⁹ l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & ho. vt sic nulla iurꝫ absurditas seq̄tur. ar. l. ij. C. de cōdi. inſ. Ad qđ fac ꝙ a v̄bis statuti re cedi dz. vbi incōueniētia seq̄ref vt dicto. § & si a lege. l. vt gradatim. ff. de mu. & ho. & e. ti. l. recepto. in ꝑn. & ff. de ius vo. l. quā uis. vbi vid̄ ter. in rōne de ď. Et ꝙ ꝙ gñalia v̄ba. §. ꝓall'. e si aqll q̄ repta no aten &c. q̄ est in dicto libello. de bataya cathalōie nō videātur exceptiōes seu defensiōes h⁹ ltīme denegari. fac optīe vt vid̄. l. testādi. cū si. C. de testa. Pro ista ꝑte fac. q̄ statu ta ſm ius cōe debēt interꝑtari. vt no. in. c. cāz q̄. ex̄. de resc. ꝓ jnno. in glo. i. Hinnia q̄ odia restringi &c. Et debēt opari vt mi nus possint. vt in. c. nō ꝑt. in fi. ď ꝓbē. li. vj. Ꝓterea dico ꝙ reptato⁹ post firmamen tū & fatisdatiōz ab eo ꝓstitā. vbi die repta to ꝓfica abiuerit iterū monēd⁹ est ad hūc [illegible] vel vt ꝓcēdat reptamentū. vel ad il lud renocandū. vt habef i dicto. §. & si aqll q̄ repta no aten &c. circa fi. & compellat Et nihilomin⁹ extraordinarie reptato⁹ nisi fe cerit puniet. cū ad expēsas tenebit reptā to ꝓ ꝑma ꝓtiacia anteq̄ audiat. vt. l. sanci m⁹. C. de iudi. Et ita intelligit ja. ď are. l. q̄ crimen. & glo. ex⁹. C. q̄ accu. po. & l. cuz quē temere. ff. ď iudi. & dd. in dicta. l. sancimus. in. q. v. licz ja. de are. ibi dicat ꝓfit Tenebit aūt reptato⁹ de oībus expensis ꝓ reptamētū factis a tp̄re citationis emīsse citra. vt. c. cū dilecti. in fi. ex̄ ď do. & ꝓtu. nō aūt ꝓ alios ꝓ reptato. vt. l. fi. C. ď fruc. & li. expēn. sm casū glo. R. balistarij. & be rēgall vines. Et in ď residet ď ja. de valle sic̄. i. q. vj. ¶ Quero. r. ad q̄d oblato repta mēto tenef reptat⁹. Dicas ꝙ breuiter & ď plano reptatus eidē rndere tenef Et ꝓcor datis reptatore & reptato de v̄bis cōfitēdo vel negādo. si reptato⁹ suū ꝑt intētū fuaſ ꝓ instrā vl' testes ꝙ admittat. adeo ꝙ si ꝓ bauerit tunc batallia siue duellū cessare dz. al's ꝙ admittat. q̄ñ eo tūc ad iudiciū dei recurrendū est. vt in libello de bataya cathalonie post ꝑn. §. lo reptat deu respō dre &c. ꝓ hoc facit qđ scꝑsi. ď. e. via. i glo. if. in nota. vj. Quod aūt dictum est de ꝓba tione instrumentoꝝ vel testium. dicūt q̄ dā esse correctū ꝓ constōz editā. j. in curia gerunde dñi reg̃ Jha. ij. c. xxv. jtē statutū⁹ & etiā ordinam⁹. ꝙ si aliqs fuerit reptat⁹ &c. Hecnō dicūt per illā pstōz esse correctū vsaticū. xl. qui se sciente. l. e. ibi ante finez si ꝓbatus vel cōuictus fuerit. nisi intelli gas ꝓbatus vel cōuictus. l. per batallia z. Qui intelle ctus est cōtra. §. ꝓall'. & contra ea que in eodem libello de bataya cathalonie iuxta finē dicuntur. §. si aquell q̄ es reptat de babia &c. Nam si per batallia z probatum esset locum haberet quod di citur in allegato. §. si aquell qui es reptat de babia &c. Si alio modo locuz haberet dict⁹ vsa. xl. q̄ se sciēte. vide que ibi scripta sunt tā ꝓ me ꝙ ꝓ alios. Ergo instrā cōtra

reptatū ⁊ p reptameto fundando ꝓduci
pñt a reptatore. ⁊ testes mīstrari. ⁊ a iudi-
ce recipi indubie. qđ est tutius. ¶ Quero
xj. q̄d p illa v̄ba q̄ in dicto. §. lo reptat deu
respondre ⁊c. ꝓtinetur. s. ibi. ator gant lo
fet: o negant clarament intelligaf. an cla
re videaf fore rñsum ipi reptamento p so-
lum desimentimētū. Dicūt R. balistarij ⁊
bñg⁹ vines ꝙ sic. cū satis ꝓstet ꝙ reptamē
tū negatū sit p ipm desimētimentū. iuxta
illud qđ scptū est ⁊ sniatū p dñm regē Ja.
ij. in anno dñi. M. ccc. xvij. vij. jdus junij i
pñtia dñi regis Ja. dei gr̄a regis aragoū
ꝑsonaliter p̄sidentꝫ i ciuitate Ilerd bñg⁹
de riusech miles reptauit nobilē bñg^m ar
na^m dangleſola de morte. R. de riusech
fratris sui. ⁊ obtinuit atq; dedit dño regi
reptamenta i scpto ꝓut. j. lati⁹ vna cuz p
cessu inde attacto scpta ſtꝫ. j. q. xx. ¶ Que
ro. xij. pone ꝙ firmaui batallīā vel belluz
siue duellū. ⁊ dies assignata est. accidit ꝙ
ad diē illā nō ostendo batayll'r siue parez
vl' reptatus nō ostenderit an pignora co
mittanf. R^o nō. sed resartienf. in terciave
ro assignatiōe si nō ostendaf ipe batayll'r
siue par: comittenf pignora. sic dr in alio
iudicio qđ ventilaf sub iudice ordinario.
⁊ p hoc facit libellus de batayа cathalo-
nie p⁹ ꝑn. §. e lauors la cort deu assignar.
⁊c. j dē b ja. de vallesica. in. q. xviij. ¶ Que-
ro. xiij. an miles q̄ recipit duellū possit il
lud expedire per eius filiū. R^o sic. vt. ff. de
legac̄. l. sciendū. §. legati. p b vid⁹ p^m ja. i
suo libello ti. de duello ⁊ pugna. ¶ Que-
ro. xiiij. an cōpellaf q̄s expiare sup repta-
mento sibi facto. Et p quē moduz fiet cō-
ꝓbatio. dicas de his duab⁹. q. vt no. p ja. đ
mō. iu. ⁊ me. j. in vsa. xliij. si q̄s in curia.
¶ Quero. xv. ccce qđ. ē. c. vsa. scpsi i glo. ij.
i nota. v. ꝙ solū i trib⁹ casibus locū hz ba
tallia. s. p bausia. p treugis fract⁹. vl' ꝓdi
tiōe. siue traditiōe. nūq̄d erat idē añ⁹ vsa
tici fuissent missi. s. ꝙ solū p dcis trib⁹ ca-
sib⁹ admitteref batallia siue duellū R^o ñ
imo admittebanf rl'ariter in oibus male
ficijs q̄ redirigi vel emendari nō poter̄t.
vt. ē. in vsa. i. vid⁹ qđ ibi scpsi. Sec⁹ est nūc
de iure vsaticoꝝ. ⁊ p cōstōnes cathalonie
gn̄ales. Et b iure vtimur ⁊ male. Nā q̄ fac̄
ꝫ cōsciam edificat ad gehennā. vt in. c. lit
teras. eē de resti. spo. ¶ Quero. xvj. an ī oi
batallia siue bello aut duello req̄raf pari
tas generis. honoris. ⁊ corpis. dic vt distī-
guitur. j. in vsa. xlv. si q̄s a ptāte. ⁊ ibi p ja.
de mō. iu. ⁊ me. p b vide qđ scpsi. ē. in. c.
vsa. in glo. ij. in nota. xv. ⁊ xvj. ⁊. j. i. c. vsa.
sup v̄bo si p milites. in. q. xxiiij. ¶ Quero
xvij. an sit in electione reptātis si velit p-
bare p testes. vel instr̄a. aut per pugnā. vi-
deſ ꝙ sic vt in libello de batayа cathalōie
post p̄n. §. lo reptat deu respondre. ibi cuz
dic̄ Et si ꝓuar no pot sia iutjada la batayl
la ⁊c. ⁊ hoc innit ab illo tex. p ar^m a ꝓrio
sensu. qđ fortissimū est in iure. de quo ar^o
vide qđ scpsi. j. in vsa. lxxiij. rochas. i. R. su
per v̄bo p̄ncipis. cū suis remissi. Sic etiā
est de iur̄ feu. ti. de pa. ⁊ eius vio. c. ij. ī glo.
i. Sz tñ hodie in cathalonia nō datur tal'
electō reptāti. imo reptatus si vult p̄t fidē
suā excondire per batallīā siue duellū. vt i
fra in curia gerunđ dñi regis Ja. ij. c. xxv.
item statuimus ⁊ etiā ordinam⁹ ꝙ si ali-
q̄s fuerit reptat⁹. qđ tñ intellr in hoīb⁹ de
patico. siue de genere militari. de hoīe ho
norato ciuitat⁹. vel ville. vt ibi in fine pz.
¶ Quero. xviij. q̄d si ꝫ miorē đ gñe de pati
co deſ reptamētū đ aliq⁹ casu i quo cadit
bellū. an miorē teneaf ius sup dcō repta⁹.
an firmar̄. vl' valeat đclīare locū bello nō
ee. ja. de vallesi. arguit b in. q. xvij. p ⁊ ꝫ. ⁊
tenz ꝙ nō. sz garrificari p̄t ⁊ bñ. p hoc fac̄
qđ scpsi. j. i vsa. xlvij. cūctū malū. sup v̄bo.
vl' senior. i. q. xviij. ⁊ i. q. vl. cū suis r̄missi.
¶ Quero. xix. an libellus reptamēti sit p
curiā r̄cipiēd⁹. ja. đ vallesi. b ī. q. xviij. argu
it p ⁊ ꝫ. ad finē dic̄ ꝙ sic ⁊ bñ. quī q̄cq̄d sit
ē certuz sm vsaticos ⁊ ꝓsuetudinē hyspāie
⁊ ꝑsertim cathalonie duellū ꝓmittiſ vt b

Ja. de vallesica h̄ in. q. xiiij. arguit ꝓ ⁊ ꝯ.
ad finē dicit ꝙ sic ⁊ bñ. qm̄ q̄cq̄d sit est cer
tū ſm vsaticos ⁊ ꝯsuetudinez hyspanie. ⁊
p̄ſtim cathalonie duelluz ꝑmittit̄. vt hoc
vsa. ⁊ in libello de bataya cathalonie per
totū ꝓcessum eiusdez. Et de ꝯsuetudie ꝓ
batur. j. in consuetudine barch̄. recogno
uerunt ꝓceres. c. xliij. jtē ꝙ nemo p̄t aliq̄z
reptare ⁊c̄. Et cōsuetudo talis fuit tp̄rib⁹
p̄teritis inueterata. ⁊ sic in cathalonia ꝓ
lege reputari debz. vt. l. de q̄bus. ff. d̄ legi.
Et sic libellus ꝑ curiā recipiendus venit.
ſm eum. ⁊ nō ſm me. cum nolim pctō cō
sentire. Nā sanctius est oīa mala pati q̄
pctō consentire. vt. xxxij. q. v. c. ita ne. ⁊ ex̄.
de his q̄ vi me. cā fi. c. sacris. cū sua mate
ria. ꝓ hoc vide qd̄ scripsi. j. in vsa. xl. qui se
sciente. in glo. i. in nota. vj. cum. iiij. v̄. se
q̄ntibus. ¶ Quero. xx. q̄ sit forma repta
menti. dic ꝙ multiplex est. ¶ Prima est ꝓ
ꝓditione de qua ⁊ kalendario ip̄ius. s̄. in
e. glo. in. q. xj. fit mentio. ⁊ est hui⁹ serici.
¶ Dauant vos molt senyor en Jatme ꝑ
la gracia de deu rey darago ⁊c̄. Dic jo en
bñg. de riusech q̄ en bñg arnau dangleso
la hauia promes o dada sa fe en Guill'm
de riusech frare seu q̄ no li daria dan en ꝑ
sona ne en bens. e no cōtrestāt aço lo dit
bñg⁹. arnau danglesola fou e es estat ala
mort del dit guill'm de riusech. ꝑ la qual
cosa lo dit bñg. arnau. es traydor. e quen
val meyns sa fe. tant quen deu hauer ver
gonya en cort e dauant ꝓhomēs. e jo me
nar lo li he per mi mateix o per par o con
trasemble dauant vos senyor e en vr̄a po
der. fermant ab tantes penyores tinents
com vn caualler se deu combatre. ¶ E re
buts los dits reptamēts e escrits. hac son
acort lo senyor rey ab son consell si era ba
stant lo dit reptament. e trobat q̄ bastan
era. e deuia esser rebut. mana e ordona q̄
lo dit bñg. de riusech firmas per. cccc. mo
rab̄. dor segons lo vsatge p̄sent. La q̄l fer
ma fou feita encōtinēt. e donades penyo
res d̄. cccc. morab̄. e puys manleuades. ꝓ
hoc vide. s̄. e. glo. in. q. vj. ⁊. vij. ¶ En apres
ordona lo senyor rey e mana q̄l dit bñga.
arnau danglesola sobre aço fos citat. e q̄
en la citatio fos posat lo dit reptament. e
q̄ li fossen assignats. x. dies a r̄spōdre. La
qual citatio fou feta ꝑlo noble en G R.
de montcada. seneschal de cathalonia ꝑ
manament del senyor rey sots la forma q̄
segueix ¶ Al noble e hōrat en bñg. arnau
danglesola de nos en G^m R. de montca
da. senyor de fraga. e seneschal de cathalo
nia per lo senyor rey Saluts e amors. Fē
vos saber q̄l honrat en bñg. de riusech ca
ualler es comparegut dauant lo senyor
rey. e ha donat e ꝓposat contra vos en po
der del senyor rey vn reptament. Lo q̄l re
ptamēt lo senyor rey ꝑ nostre offici a nos
remet. e ans manat q̄ degem enles dites
coses fer ço q̄ all offici se ꝑtany. Del q̄l re
ptament vos trametē trāssat en aq̄stes p̄
sents letres. la forma d̄ qual es aytal. Da
uant vos ⁊c̄. inserat̄ Lo q̄l reptament do
nat ⁊ lest en p̄sencia d̄l dit senyor rey. Lo
dit en bñg. de riusech ferma en poder nr̄e
per. cccc. morab̄. dor ab penyores tinents
Et req̄r a nos per lo dit reptamēt vos de
guessez citar. Perq̄ nos d̄ ꝑt del dit senyor
rey ⁊ ꝑ auc̄tat del offici dela dita senesca
lia vos dehim eus manā. q̄ al. x. dia p̄mer
corrēt apres q̄ aq̄stes letres haurets rebu
des. si feriat no es. e si feriat es lo seguent
cōparegats ꝑsonalmēt dauant nos o no
stre lochtz. en la cort d̄l senyor rey. o la on
ell sia appellat descondir lo dit reptamēt
En altra māera fem vos saber q̄ nos hau
riē aenantar segons lo vsatge de barch̄. e
vsança de cathalonia. Datz j lerd̄ j d⁹ junij
q̄ sunt. xiij. dies del dit mes de juny. āno
dñi. M. ccc. xvij. ¶ La qual citatio feta al
dit noble en bñg. arnau. dāglesola. ell re
spos dins los dits. x. jorns a ell assignats
al reptament a ell feit ꝑ lo dit bñg. de riu
sech axi cō se cōtenia en vna scp̄tura q̄ en

dona al senyor rey sots la forma ques segue ix. ¶ Dic Jo bñg3 arnau. dãglesola a vos en bñg3. d riusech. q̃ cõ deyts: q̃ dela mort den. G. de riusech. q̃u sou traydor. en val menys ma fe. dich q̃ salua reuerencia e honor del senyor rey e dela Cort. q̃n mentits ꝑla gola/e daço son appellat de star atornes e de deffendre lo meu cos al vostre/ E de fermar ab aytantes penyores com caualler se deu combatre. ¶ La qual resposta rebuda ꝑlo senyor rey. ach acort lo senyor rey ab lo seu consell: si era bastãt: ni rebedora la dita resposta. jatsia aço q̃ en los ordonamẽts dela batalla se cõtengues. q̃ la resposta del reptat deuia esser clara sens cõdicio e exceptio atorgãt lo fet o negãt. Declara lo senyor Rey q̃ la dita resposta era bastant e rebedora pusq̃ ell escusaua la traycio. de q̃ ere reptat. e sa fe. Jatsia q̃ ell clarament no atorgas. ne negas q̃ ell fos estat ala mort del dit. G. d riusech. ¶ E axi rebuda la resposta mana lo sẽyor rey. q̃ lo dit en bñg3. arnau. dãglesola fermats ꝑ. cccc. morab. dor. la q̃l ferma de mantinẽt fou feta: e don ades penyores: e manleuades. E demãtinent feta la ferma lo senyor rey jutya la batalla. E assigna. xxx. dies al reptat e al reptador afer la bataylla En axi aq̃lls batayllers damũtdits sian arreats dentrar al cãp al. xxx. dia. Et ita habet in libello de bataya cathaloñ. §. com al reptat haura hom dat par ꝛc. ¶ Forma aũt reptamẽti milit3 ꝓ treugis fract3. Et fiat ita. ¶ Dauant vos molt alt senyor nalfonso. iiij. ꝑ la gr̃a de deu rey darago ꝛc. inserat totus titulus suus. dich jo domingo aytal q̃ en j aume aytal ꝑ inimicicies capitals que eren entre ell e mi ꝑ la mort den Gili aytal frare meu me hauia dades treues a. xx. iorns dintre los quals. xx. iorns. e durãt la dita treua ẽtre ell e mi lo dit jatme aytal ma. armada e garraiant es intrat dins mon castell aytal. e aqui en mon castell ma cõbatut: e naffrat e mort. iiij. homẽs. e afogats. x. masos. ꝑ la qual cosa lo dit jatme aytal ma trẽcades les treues de. xx. iorns tant quen deu hauer vergonya en cort: E homẽs. e jo menar liu he ꝑ mi mateix o ꝑ par o contresemble dauãt vos senyor e en vostre poder fermant ab tantes penyores tinents com caualler se deu combatre.

¶ Hec forma reptamenti ꝓbat in ꝑnc̃. libelli de bataya cathaloñ. ꝛ in. §. lo reptament q̃ lo reptador fara ꝛc. ꝛ. j. in comẽ9. P. albt̃i. c. xlvj. si habeo treugas ꝛc. cũ sy.

¶ De forma v̄o reptamẽti milit3 vassalli in bausia ꝛ rñsione ip̃ius. vide qd scripsi j. in vsati. xliij. Si q̃s in curia. in glo. vlti. dic vt ibi. ¶ Et nota q̃ ꝑ illã formã rñsionis. ꝛ ꝑ illã que. s̃. e. glo. v̄. dich jo bñg. arnau. danglesola. In talibus vel silib9 casibus de ꝓditione ꝓ treugis fractis vel d bausia ad reptamẽta hoꝝ casuuz a reptato fieri poterit rñsio. Vel ab ei9 aduocato fabricari. mutatis mutãdis. ꝛ additis addendis in narratiõe facti iux̃ naturaz reptamẽti. ꝓut casus occurrerit. qd menti tene. ¶ Quero. xxj. qualiter cõcipiet reptamentũ hoĩs pedis. Et dicas q̃ multipliciter. ꝛ hoc s̃m qd casus acciderit. Ob qd vt melius aduocatus in his exptus sit causa exẽpli formas hic pono duas. Prima etem̃ forma est reptamẽti hoĩs pedis sup̃ bausia. ¶ Dauãt vos molt alt senyor Nalfonso ꝑ la gracia de deu Rey darago ꝛc. Dich jo bertran aytal del mas aytal situat dins los termens del castell demũtclus del veçcomdat de cabrera que en Feliu aytal del mas aytal del terme del dit Castell de muntclus. home meu soliu. e de remença me ha publicament accusat de esser homeger e traydor: e ha adulterada na Sibilia muller mia. perla qual cosa lo dit Feliu aytal es bara de baya gran e maior. tant quen deu hauer vergonya en Cort/ E dauant homens. ¶ E aço li combatre personalment jo a ell:

lo meu cos al seu. E aço axi ferm molt alt
senyor. e ab tãtes penyores tinents cõ hõ
de peu se deu cõbatre. ¶ Hec forma ꝓbat̃
in libello d̃ bataya cathalonie. §. lo repta-
mẽt. ⁊ circa p̃n. ⁊. j. in vsa. xl. q̃ se sciente. vi
de qd̃ ibi scp̃si. ¶ Scd̃a forma reptamẽti ẽ
homis pedis sup̃ securitate per treugas ⁊
iuramenta ⁊ homagia p̃stita inter hoies
bandositatũ vl' inimicos inita. qd̃ repta-
mentũ est tale. ¶ Dauãt vos molt alt sen
yor Nalfonso ꝑ la gracia de deu Rey dar-
rago ⁊c̃. dic jo lorenç aytal dela ꝑrochia d̃
sent Pere de vila maior. q̃ com entre mi d̃
vna part. e en Ferrer aytal dela dita par-
rochia daltra. se fos per certes rahons se-
guit bãdo e inimicicia entre me e ell. era
estada donada seguredat ꝑ treua. e sagra-
ment e homenatge d̃ no dãpnificar nos
en ꝑsona ni en bens. daçi ala festa de oim
santor prop esdeuenedor. E no cõtrestãt
la dita seguretat diluns q̃ comptauẽ. xv.
del p̃sent mes de setembre enla plaça del
carbo dela vila de granollers ell me haia
cruelment naffrat. e apres vna vinya ple-
na de rahims quaix madures q̃ es de per
tinẽcies del mas meu aytal situat enla
dita ꝑrochia de vila maior me ha tallada
e totalment destrohida. Per la qual cosa
lo dit ferrir me ha trencada la dita segu-
retat. tant quen deu hauer vergonya en
cort e dauant homẽs. e que aço li comba
tre ꝑsonalment jo a ell. lo meu cos all seu
E aça axi ferm dauãt vos molt alt senyor
ab tantes penyores tinẽts com hõ d̃ peu
se deu combatre. ¶ Hec forma reptamẽti
ꝓbatur ex iã dictis. ⁊ q̃ꝑcipue. j. in cõmẽ.
P. alb̃ti. c. liij. jtem est ꝯsuetudo notoria
cathalonie ꝙ hoies comitatũ ⁊c̃. ⁊ ibi est
tex. de hoc. ¶ Super v̄o ꝓditione ⁊ fid̃ ru
pta ordinaui in milite. s̃. q. ꝓxi. in prin. v̄
dauant vos ⁊c̃. Et sic ordina tu aduocate
mutatis mutandis. attenta ꝑsonaꝝ q̃li-
tate suo casu. ⁊ varia ip̃am formã ⁊ alias
iuxta casus tibi cõtingẽtes. ¶ Quiq̃ aũt
formas sup̃ huius materia reptamẽtorũ
vltra ⁊ p̃ter p̃dictas. ⁊ illã a me scriptam
j. in vsa. xliij. si q̃s in curia. in glo. fi. in. q.
i. vide h̃ per ja. d̃ vallesica in. q. xxj. qm̃ no
tabiles sunt ⁊ in practica iam deducte.
¶ Quero. xxij. quõ reptat⁹ siue miles sit
siue non debz rñdere ip̃i reptamẽto. Cer-
te breuiter ⁊ plane ⁊ sine omni cõdiciõe
⁊ exceptione confitẽdo vel negando clare
vt cõtinetur in dicto libello de bataya ca
thalonie. §. lo reptat deu respondre ⁊c̃. ꝓ
hoc. s̃. e. glo. in. q. xvij. ¶ Forma aũt rñsio
nis quo ad reptamentũ ꝓditionis. vid̃. s̃
e. gl. i. q. xx. v̄. dic. jo. b̃ng. argẽtarij dangle
sola ⁊c̃. ⁊ quo ad bausiã vide. j. i all'. c. xliij
si quis in curia in glo. fi. v̄. in. q. ij. ¶ Si-
miles et cm̃ rñsiões ordina ad alia repta-
menta. mutatis mutãdis ⁊ additis addẽ
dis in narratione facti iuxta naturaz re-
ptamenti. ¶ Quero. xxiij. in ⁊ ꝓ quib⁹ ꝓ-
ditionibus per parem vel consimilẽ quis
valeat se saluare. Dicas ꝙ tres ad minus
sunt ꝓditiones. s. de quibus per parez nõ
potest quis se saluare. sed per cõsimilẽ. vi-
delicet qui occiderit dñm suum. vel cõcu
buerit cuz vxore dñi sui. vel dederit alicui
inducias siue treugas ⁊ infra illas inter-
fecerit illũ. per oẽs alias ꝓditiones pote-
rit quis se saluare per parem. Tñ si quez
harum ꝓditionũ supradictarũ ꝓbare po
terit per testes sufficientes q̃ non sint pa-
rentes alterius ꝑtis. ꝙ hoc fiat ĩ heremo
loco populato. aut in publico nõ debz se
saluare per parem vel cõsimilẽ. Sed fiat
de eo sicut de ꝓditore. ⁊ hereditas sua et
oia bona sua sint dñi regz. in nullis alijs
ꝓditionibus debet q̃s se saluare per cõsi-
milem vel per parem. Bñ⁹ de ponte anti
quus. vide quod scripsi. j. in vsa. xciiij. q̃a
iusticiam. super verbo bausatoribus.
¶ Quero. xxiiij. qualis debeat esse par. di
cas ꝙ talis debet esse par. ꝙ valeat tantũ
in genere quantum qui reptatus fuerit.
et ꝙ tantum valeant bona sua. et ꝙ sint

consimilis corpis. aliter vo nō est par. Et si is qui reptauerit hoc hr̄e nō poterit dicat ter illa die q̄ duellū debz fi ericū reptatus fuerit in campo. ꝙ quē reptauerat nō meret malū de facto illo vnde ip̄m reptauerat. ⁊ desdicat se ter ⁊ alius sic sit saluus. fac̄ optīe ī libello de bataya cathal'. §. Si al primer dia q̄ assignat sera amesurar ⁊c̄. bn̄⁹ de pōte p̄dictus. vide qd̄ scp̄si. s̄. e. glo. in. q. xvj. qd̄q̄ notat b̄ per ja. calis ī. q. ix. ¶ Quero. xxv. qn̄ dicat̄ bausia cōmitti. Dicas ꝙ iux̄ vsaticos bausia dicit̄ cōmitti solū a vasallo in dn̄m. ⁊ de tali fit mētio ī vsaticis. s. j. in vsa. xl. qui se sciente. in fi. ⁊ in vsa. xlij. potestatē. ⁊ in vsa. xliij. si q̄s in curia. ⁊ ī vsa. xlv. ⁊ si q̄s a ptāte. ⁊ ī vsa. cxxxv. si q̄s seniorē suū. circa fi. Fit etiā mentio de bausia. j. in vsa. lxxvij. exher̄ dare. De ꝓditione vo ⁊ bausia loq̄tur vsa⁹. xlviiij. sacr̄m sit om̄i tp̄re Alibi tales oēs appellant̄ ꝓditores. vt. j. ī pace. in xp̄i noīe Sit oībus manifestuz. §. ꝓditores. Et ꝙ sit dr̄ia inter bausiā ⁊ proditionē ꝓbatur sat̄ clare. j. in curia gerunde dn̄i regis Ja. ij. in. c. i. qd̄ incipit ⁊ ad supplicatiōz. s̄m ja. de faro. jdē bertrand⁹ de seua. Pro h̄ vid̄ in all'. libello de bataya cathal'. circa fi. §. Si aq̄l q̄ es reptat d̄ bahia ⁊c̄. vbi sunt casus exp̄ssi q̄bus bausia esmendari nō p̄t. vide etiā de hoc hic ꝑ ja. d̄ vallesica ī. q. ix. ¶ Quero. xxvj. an in facto bausie locū habeat mida de cos. vid̄r ꝙ sic. vt in dicto libello bataya cathal'. §. quant lo reptat sera açi mesurat ⁊c̄. ibi. tots los altres q̄ serā anomenats per pars cōtrasembles en aq̄sta ferma dessus dita Cōtrariū innuit ī eodē libello de bataya. cathal'. §. E lauors la cort deu assignar tēps ⁊c̄. ⁊ j. in all'. vsa. xlv. ⁊ si q̄s a ptāte. qd̄ credo verius. ¶ Quero. xxvij. dato pari ⁊ ꝯsil'i reptato. quō ꝓcedetur ad bellū fiendū Rn̄dz b̄ ja. cal' ī. q. x. ꝓut ꝯtinet̄ ī libello de bataya cathal'. §. cō al reptat haura hō dat ⁊c̄. ¶ Quero. xxviij. quo loco reptans ⁊ reptatus debēt intrar̄. ja. cal' rn̄dz b̄ in. q. xj. ꝙ in cāpo. ꝓut tradit̄ ad lr̄am in dcō libello de bataya cathal'. § cō al reptat. s̄. ꝓx. all'. v̄. lo q̄l cāp deu esser cayrat ⁊c̄. Et vocat̄ d̄ iure ciuili pantrasiū. vt no. ꝑ glo. in. l. qua actiōe. §. si q̄s in colluctatiōe. ff. ad. l. acq̄l'. ¶ Quero. xxix. qn̄ ⁊ quō batallia est iuranda. Rn̄dz idē ja. cal' b̄ in. q. xij. si ⁊ ꝓut ꝯtinet̄ ī all'. libel. d̄ bataya cathal'. §. lo dia q̄ll cāp entrarā los batallers ⁊c̄ ¶ Quero. xxx. in quo loco iuramentū ꝑ bellantes debeat p̄stari. Dicas ꝙ sup altar̄ sci justi barchi. ꝓut exp̄ssuz ē ī all'. §. lo dia q̄ll cāp entrarā los batallers ⁊c̄. Et ibi semꝑ h̄ iur̄m p̄stat̄ in batallia firmata ⁊ iurata barchin̄. Etiā p̄stat̄ ibi iur̄z testiū testam̄ti sacramētal'. de quo hētur j. in ꝯsue. barc̄. recognouerūt ꝓceres. c. xlviij. jtē ē ꝯsue⁹ ꝙ si aliq̄s fecerit testm̄ ⁊c̄. p̄stat̄ necnō ibi iur̄z iudeoꝝ sup plagis. de quo hētur ī dcīs ꝯsue. barc̄. c. xlj. jtē ꝙ qn̄ ē ꝯtētio inter xp̄ianū ⁊c̄ Et est ī dicto altari sci justi pictura de his ī ꝑte dextra ⁊ sinistra. R. balistarij. ¶ Quero xxxj. scd̄m ipsum quid si coram domino rege batallia fuerit firmata in ciuitate barchin̄. nūq̄d debet sup dcō altari sci justi ip̄z iur̄z p̄stari ab ip̄is batalliā facere volētib⁹ dic̄ ꝙ sic. Et ꝙ dc̄m libellū de bataya hz seq̄. fac̄. l. vt fund⁹. Contrariū tn̄ vidit ip̄e R. balista. vt ip̄emet refert ī batallia nobiliū. Exem̄c. ꝑiç de arenos. ⁊ b̄ngarij d̄ vilaragut. q̄ batallia fuit fcā ī barc̄. tp̄re dn̄i reg̃. P. iij. R balistarij p̄dcūs. ¶ Quero. xxxij. q̄ ꝑsōe debēt ī terueīre ī duello vltra duellātes Rn̄dz b̄ ja. cal' ī. q. xiij. ꝓut ꝯtinet̄ ī li⁹ d̄ bataya cāthal'. §. e feits los sagramēts. vsq̄ad. §. lo reptat deu tenir ꝑ tres dies ⁊c̄ exclusiue ¶ Quero. xxxiij. q̄d si vas. vl' rustic⁹ vicerit dn̄z ī bello. an dn̄s sit eis

ꝑdēpnād⁹ ī exp̄ē. Et breuit̄ ꝺ̄ ja. cal̄ ī. q. xvij. determiat ꝙ sic ꝟm glo. ⁊ bn̄. ⁊ cāz q̄re vide ꝑ eū ibi. ¶ Quero. xxxiiij. q̄d si ꝑs bellígeri vincēt facit tot missiões ꝙ excedūt. cccc. morab. nūq̄d debebit eas a ꝑte victa hr̄e. R⁹ iudicatū fuit ꝑ curiā barcꝺ. ꝙ nō. Et ꝙ ꝑs victa dēat solū pdeř. cccc. morab. ⁊ id ꝑ quo fiebat bellū. ⁊ nihil plus. Et ꝺ̄ iudicauit ī facto batallie den Rayner. e den talo. jaĉ. de mō. iu. qꝺ iuste fuit iudicatū. licet dici posset ꝛ̄riuz. ar. C. de dilaĉ. auĉ. qꝺ fieri non dz. ⁊. C. de epi. ⁊ cle. auĉ. gn̄al̄r. cuz ibi notat⁹. Dicas tn̄ ꝙ istud tenz ⁊ valz ꝑ notata ꝺ̄ ꝑ ja. ꝺ vallesica. in. q. xxij. ja. vo cal̄ tenz ꝺ̄ ī. q. xix. cū ja. de mō. iu. dicēs ꝙ ꝑ hac determiatiōe faĉ. q; solum iste vsa. iubet firmari p. CC. vel. C. vncias auri valenĉ. Et sic aliud non posse venire in obligatiōe vel ꝓdēpnatiōe. ni si ipe ducente vl̄ cētū vncie cū firma iuris debeat cozr̄ndere obligatiōi ⁊ cōdēpnationi. iux̄ ea q̄ notant⁹ ꝑ jaĉ. de mō. iu. ⁊ ipz ja. cal̄. ꝺ̄. ī vsa. xxiij. oēs hoies. i. Et istud sibi placz ⁊ mihi sil̄r. Alió qꝺ ꝑ me scptū est ī all̄. vsa. xxiij. oēs hoies. i.
¶ Quero. xxxv. q̄d si dāpna ⁊ expēse vincētis simul iūctas excedūt sūmaz. CC. vel. C. vncias auri valeñ. nūq̄d hēbit illud qꝺ ꝓius sibi datū ē ī dāpnū ⁊ expēdit. fcā iusta extimatiōe dāpnoꝝ ⁊ maloꝝ sibi illatoꝝ iux̄ esmēdas ⁊ taxatōes vsaticoꝝ. ja. cal̄ ꝺ̄ ī. q. penl̄. arguit ꝙ ꝛ̄. l. pclone tz ꝙ nō. ⁊ bn̄. ¶ Quero. xxxvj. q̄d si vicēs nō fuit dāpnificat⁹ iter malū. dāpnū. ⁊ expēs ī dict⁹. CC. vel. C. vncijs auri valeñ. Nūq̄d vinces hēbit totā sūmā. CC. vel. C. vncias auri valenĉ. vl̄ tm̄ illā sūmā in q̄ fuit dāpnificat⁹. Et vid⁹ ꝙ tm̄ illā sūmā in q̄ fuit cōdēpnat⁹ ꝑ istū ter. Cōtrariū tn̄ sentit ꝺ̄ glo. in fi. ⁊ bn̄. qꝺ limita iux̄. §. q̄ ē ī libel⁹ ꝺ barapa cathal̄. ī fi. ibi. la cort haja la terça ꝓt deles penyores ⁊ĉ. ja. cal̄. ꝺ̄ dicꝺ̄ ī. q vlti. ¶ Quero. xxxvij. q̄d si aliq̄s reptauit aliq̄z militē seragenari ū ꝺ̄ bausia. Miles reptat⁹ rñdēdo reptam̄to desmētit⁹ fuit reptatoꝛ. postea ī ꝓgressu ꝓcessus opposuit reptat⁹ exceptōz q̄rat lr. an. ⁊ sic ꝛ̄ vsa. liiij. senex miles. q̄ est. j. ñ tenebaf facere bellū. Replicabaf ꝙ agēt ē. ꝙ exceptio allata nō hēbat locū. dicꝺ̄ ja. ꝺ vallesica ī. q. xv. ꝙ dicta exceptio fuit admissa Et ita fuit iudicatū ꝙ dñz infantē p̄m. in cā reptamēti. q̄ fuit iter comitē ffuxi reptatoꝛ ē ⁊ arnaldū ꝺ mōte tornesio militē reptatū. de ꝺ̄ vid⁹ latiꝰ put a me scptū ē ī all̄. vsa. liiij. senex miles. ī glo. iij. v. ⁊ nota. ⁊ dic vt ꝺ̄ ⁊ ibi.
¶ Quero. xxxviij. q̄d si reptat⁹ de bausia deuict⁹ fuerit. ⁊ bausia illa ē de maiori b⁹. q̄l̄r ꝓ ipz erit ꝓcedēdū Dicas ꝙ r̄ma nere dz bausatoꝛ manifest⁹. ⁊ ꝙ nullus audeat illū sustinere. ⁊ ꝙ exeat de toto comitatu barcꝺ̄. vt habef ī libello ꝺ barapa cathalonie circa fi. §. si aq̄ll q̄ es reptat de bahia ⁊ĉ. ꝺ̄ totū itellige nisi postea de vitate q̄ erat ī ꝛ̄riū cōpareat. vt ī c. significātib⁹. ex̄ ꝺ pur. vul. cū sua materia. Et nota decretalē illā ad istā materiā. R. balistarij. ¶ Quero. xxxix. ꝟm eū. nūq̄d ꝑ iusticiā tal̄ deuict⁹ dz mori. puta si est de ꝑatico ꝙ amputef sibi caput. vl̄ si ē ꝺ pede ꝙ suspēdaf. Dicas ꝙ nō. q; nō est diffinitiua sn̄ia. nec habef ꝙ diffinitiua. iux̄ notata ꝑ hosti. ī sū⁹ ꝺ pur. vul. §. fi. ī ꝓn. Alb aliq̄b⁹ audiui ꝙ fuaf ꝛ̄riū ⁊ male. R. balistarij ꝓdictus ¶ Quero. xl. ⁊ vltio. q̄s bellatoꝝ obtinebit ī bello siue duello. Dicas ꝙ ꝺ̄ diuīe dispositiōi remittēdū ē. qñ ipe. ſ. deus scrutatoꝛ ē cordiuz. vt ex̄ ne se. va. c. novit. ī ꝓn. Sz ꝛ̄ nos ē dicēdū. ꝙ ꝑ hos v. dinoscere poter⁹ q̄s bellū siue duelluz obtiebit. v. Si par⁹ vel dispar⁹ constat clenit⁹ Imparitas vo paritati si comitat. Hoc tibi sit signū ꝙ defensor superaf. Quicq̄d tn̄ sit de his: Ego añ in

dño cõfido.ꝑe.r.in ꝑn. ¶ De huiꝰ vo materia belli siue duelli. vide qđ no.ɓ ꝑ ja.đ valꝫ lica. ⁊ ja. calꝫ ꝑter illa q̃ fm eos posui hic. qđq; scꝑsi cũ suis remissi. j. i vsa. lxx. cõmunia. i. ℟. sup vbo i caualcatas. ⁊i vsa. cxxxv. miles vo. sup vbo expiauerit. ac per petrũ ja. i suo libello. ti. đ duello ⁊ pugna ꝑ totũ. ⁊ jo. de linꝰ in suo tractatu đ bello circa fi. vbi đ materia duelli notabiꝫ ⁊ ad plenũ tractaꝫ. ibi vid. Necnõ ꝑ petrũ đ ancaꝫ in vsa. pcañ. đ reg. iuꝝ. li. vj. ⁊ ꝑ odofꝝ. tractatu suo de pugna. Et cẽ cetera ɓ deficiẽtia de materia hꝰ vsa. vi9 in ꝑall. libelle de batapa cathal. ꝑ totũ. Et ipz libelluz ꝑ cõmẽto hẽas hꝰ vsa. q̃ oia nota bñ ⁊ mẽ ti tene. Per. cc. vncias auri valeñ. sub. valẽtes. cccc. morab. q̃ valent mille sexcẽtos solidos barchiñ de terno. ⁊ ɓ quo ad militẽ quo ꝫ ad hoiem pedis est firmandũ ab eo ꝑ cẽtũ vncias dicti auri vt. j. valẽtes. cc. morab. q̃ valẽt octingẽtos sol'os monete barchiñ. ꝑdicte. quoꝝ morab. q̃libz valet iiij. sol'os barchiñ. vt cõstat de his olbus. j in curia ꝓpiniani dñi regis. P. iij. c. xxxvij. cũ de valore. Propter ɓ. v. ⁊ ẽ secda pariõẽ redditꝰ ꝓmi dicti ꝓncipaꝫ hꝰ vsa. Et dic ꝑ ꝑter ɓ. q̃ ipa batapa dz ꝑ pignora tenẽtia firmari vt colꝫ in libello de batapa catɓ. §. lo reptat deu tenir lo cãp ꝑ tres dies ⁊ẽ Et ad illũ ¶ Nota q̃ hec dictio. vt. modũ inducit. vt. l. ticio. ff. đ cõdi. ⁊ de. l. si tres legatũ. ff. de. j. ⁊. l. cũ ab vno. ff. de ꝓbẽ. ẽp. cũ ibẽ notatꝫ ꝑ glo. ⁊ doc. ⁊ ita sumiꝫ hic. Et dic ad illũ. l. er pugnãtibꝰ bellãtibꝰ. siue duellãtibꝰ. Qui vicerit. ¶ Et q̃ꝫ đ batapa siue duellũ vincere. vide ter. i libello ꝑdicto de batapa catɓ. §. lo reptat deu tenir ꝑ tres dies lo cãp ⁊ẽ. Et ɓ ẽ quo ad reptatũ devictũ. ⁊ triũphũ reptãtꝫ. vm si reptatꝰ ꝑ dictos tres dies poterit se saluare sic q̃ victus nõ fuerit ⁊ tũc duelliõis triũphũ obtinet. cũ oĩm expẽsarũ medicoruz mali ⁊ dampni satisfactiõe. vt ibi. §. le. q̃ incipit. Si l reptat se pot saluar al camp ⁊ẽ. Sit eſtimẽdatũ malũ. subaudias ⁊ dãpnũ vt in all'. §. lo reptat deu tenir ꝑ tres dies lo camp ⁊ẽ. Quod. l. malũ ⁊ dãpnũ. ¶ Et q̃ dꝛia sit ĩter malũ ⁊ dãpnũ. vide qđ le. et scꝑsi. j. in vsa. cxviij. rusticus etiã. sup vbo vel dãpnũ. in nota. i. T ã in corpe. ¶ Sz q̃ ro q̃r intellr ɓ. dicas q̃ de vulneribꝰ ĩ corpore illatꝫ q̃ estimẽdari debẽt iuꝝ ꝓsões et estimẽdas vsaticoꝝ. necnõ de expensis medicinarũ ⁊ medicoꝝ a victo soluẽdis. vt i dicto. §. lo reptat deu tenir ꝑ tres dies lo camp ⁊ẽ. ⁊. §. ibi se. ℞ victus fuerit. l. i bello qđ est. ã. ¶ Quero ... q̃bus batallijs. duellis. siue bellis loq̃tur vsa. iste. Dico fm ja. đ mõ. in. ɓ q̃ i bellis siue duell'. aut batallijs ꝓuatarũ ꝓsonarũ. ⁊ nõ i bell'cãpestribus. sz tñ ɓ nihil valet vt dicit ipe. qñ in ra theologica. de qua. j. Ciuilia. vt no. C. de gladi. l. vna. li. xj. ⁊ plene i. l. qua actiõe §. si q̃s i colluctatõe. ff. ad. l. acq̃l. Et canonice. vt ex de cle. pug. in duel. c. iij. ⁊ đ pur. vul. c. i. ꝓcordare videnꝫ in ɓ in tantũ etiã q̃ notatores ⁊ inter alios mgr. R. đ pena forti ꝑdicatoꝝ sctũs ⁊ prudẽs q̃ dicũt etiaz peccare mortaliter quoscũq; sic agẽtes et ꝓsetiẽtes. Nã ibi q̃s habeat ius adhuc nõ est isto mõ petendũ vel defendẽdũ. qz id ẽ tẽptare deũ. ⁊ sic nõ est faciendũ. vti. c. fi. ex de pur. vul. ⁊ notaꝫ in all'. §. si q̃s i colluctatione. Necnõ ponere iudiciũ in viribꝰ duoꝝ militũ. vel rusticoꝝ. Et sic salte modus oĩno illicitus est ⁊ petĩ iducẽio. De ɓ plene ꝑ Beñ. in exua. ij. q̃ incipit. qz i futuroꝝ dñi jo. xvij. Credit ñ ipe ja. de mõ. iu. q̃ nisi huiꝰ duellũ timerẽt vasalli milites sibi euenire posse q̃ forte excederẽt plusq; faciãt. ⁊ q̃ treugas minꝰ obſuarẽt Unde forte posset dici hmõi factũ iustũ nẽdũ esse ad euitãdũ peiꝰ Sz ɓ viteriꝰ ꝑsequ non curat dñs ja. vt ipemet refert. qz durũ ẽ ꝫ stimulũ calcitrare. Et hic finis fui dicti. exceptꝫ pauꝫ. ꝑ hoc vide qđ scꝑsi. ã. e. vsa. i. ℞. sup vbo. si q̃ milites. in. q. xix. ¶ Et sic nota q̃ bellũ siue duellũ q̃uis malũ sit.

